



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.LXXI. S. P. N. Benedicti. M.CXCI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

suit, quale, qui elegerat, ut aternū plāceret, sibi ipse fixit, ipsus composuit, ipsus excoluit & exornavit, & in ipsā magnificus videri etiam à nobis voluit, ne quod olim poterat, etiam hodie non posse dubitaremus, in cuius gratiæ ornatu ipsi etiam Coelites recrearentur, ut in ejus assumptione lātati sunt & tantos ipsi favores, tanti sponsi amores gratulati, ut facile de Jpsius BENEDI-
CTI Patris gratulatione ominemur., imò omnes veri ejus filij, & ipsi & nobis gratulemur de Patrona tanta, apud Omnipotentem tantum prævalente auctoritate & gratia, ejus exemplo docti, quantum etiam hodie possit Regula sanctæ exactius studium, & perfe-
ctor Voluntatis propriæ extinctio, quæ Crucifixo amori ita Joannā sponso copulavit, ut una cum ipso configeret, ut sacris etiam stigmatibus, ut Seraphicus ille Franciscus, prodigiosissi-
mis summa dignitatis & amoris signis toti mundo, cœlīsq; ipsis summe asti-
mandis notaretur, & insigniretur. Ut jam non minus in sua effigie tantis in-
signita signaculis, diffidentibus pro-
priæ fragilitati, & in præceptis Regulæ, fingentibus laborem in præcepto, cum Apostolo ingerat: *De cetero nemo mihi molestus sit, Ego enim stigmata Domini IESU in corpore meo porto.* Et: *Gratia Domini nostri IESU Christi, cum Spiritu Vero, fratres: Si tamen Spiritu, & non potius secundum carnem vivatis.*

Mariam Joannam, viri doctissimi, ijdemq; Religiosissimi, haud quid quā minus gratiæ valuisse apud Divinam Majestatem, quām valuerit magna illa Teresia, & Senensis Catharina, pro certo habent, & revera tanta sunt, quæ in ipsam contulit omnipotens, ut nulla satis admiratura posteritas sit, nec ullā satis seu lingua seu pennā exprimi possint. Fuit à teneris unguiculis miris illustrata visionibus, miraculis glorio-
sa, & Spiritu Prophæticō donata, tantis

*Altera
Teresa.*

tantos juxta favores centationibus & tribulationibus excōcta, ut nemo non vel solum exaudiens exhorrescat, quin & patienti Christo Sponso suo non solū, ut diximus in Cruce confixa, sed per omnia totius sacræ passionis supplicia compassa, flagellata, spinis corona, confusa, contusa, ut Archimartyrem jure deprædictes, Regi Martyrum ita conformatam, ut nil nisi sola

Numinis gratia, vitam tanta inter tor-
menta roboraret: quæ tanta ejus pati-
entia meruit, ut solenni prorsus Spon-
saliū festivitate Sponsam sibi Virginum
Sponsus copularet, frequentissimum
inter testium summae auctoritatis nume-
rum, sponsum advenientem comitan-
tum, tantóque actui præsentiu 12. Pa-
triarcharum & Prophetarum, 12. item
Apostolorum, totidem Martyrum, to-
tidemque Confessorum ac Virginum,
Jpsâ quoque Virginum Virgine Ma-
tre sua, applaudentium & congratulan-
tium universorum. Certè Joanna hæc,
tantum Divina in se operantis gratiæ,
& charitatis miraculum fuit, quod non
uni solum huic obscurissimo saeculo, in
exemplum Sole omni illustrius Divinæ
in suos benevolentiae charitatis, & lar-
gitatis inexplicabilis, sed pluribus sa-
culis sufficeret, huic autem postremo in
singularissimum Benedictini Ordini
excitamentum provisum, destina-
tū & concessum, quod ipsum animad-
vertens invidentæ primus author Ca-
codæmon, nullis non artibus impedi-
re conatus est, ut tam luculenta Divinæ
gratiæ argumenta in scripta, & publi-
cum proferris impeditret, adeoque pro-
digiosū BENEDICTI in Joanna filia verè
REDIVIVI ab tanto exemplo fructus ne-
quitiosissime interciperet, et si frenden-
te ipso, omnes ejusdē astus & fraudu-
lentia, summa cum ipsis confusione pro-
derentur, atque ex his ipsis tanto magis
Veritas elucesceret, & fervor imitandæ
tanta Virginis accenderetur. Prodiit
Vita Sponsæ hujus lectissima ipso Oper-
is hujus jam finiti anno 1679. ita ut quæ
cuīque debebantur anno, prodigio-
sissima prorsus Divinæ gratiæ in Joan-
na miracula inferere nequiverimus,
quæ singula omnem etiam sensum re-
fuscarare extinctorum potuissent ac de-
buissent.

*IESU CHRISTI ANNIS. M.DC.LXXI.
S. P. N. Benedicti. M. CXCII.*

Solus pro multis sufficiens in exem-
plar BENEDICTI REDIVIVI anni-
nis, imo pro saeculo integro Eminentissi-
mus S. R. E. Cardinalis, Fuldensis &
Campidonensis Princeps & Abbas Ber-
nardus Gustavus Badensis Marchio Se-
renissimus Austriadum Regum & Cæ-
sarum multo nomine & Sanguinis jure
consanguineus, rotum volumen elogi-
orum

*Bernardus
Marchio
Badensis.*

B E N D I C T U S

orum moreretur, qui non sine singulari
Numinis gratia mirabili sanè vocatio
ne ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ,
paulo post ad sacra Magni Monachorū
Archiducis Benedicti castra & signa
vocatus, ea Divina inspirationis ligna
in Cænobio primū Rhenoviensi edi
dit, quasi ab ipsorum Magno Patriarcha
institutus, explorare ipsa Magisterij non
rudimenta, sed complementsa conare
tur. Et revera incipiens proficiuntium
non solum, sed perfectorum suo exem
plo Magister quasi & Doctor exitit, cū
tactus Princeps ipsa sua animi demis
sione omniū intuentium animos per
celleret, suaque ad exercitia quævis Rel
igiosa promptitudine consuetudinū
que & Ordinis & Monasterij accommo
dationes neminem non magis accende
ret, tanta cum omnibus familiaritate,
quasi connatus iisdē frater & sanguine
& professione esset. Imo simpliciorū
quorumvis Religiosorum sumioperè
delectatus consuetudine, verè simplex
in oculis suis factus, cum tamen excel
so esset animo, & insigni prædictus pru
dentia, verè columbinā jungens simpli
citatem prudentia serpentina. Hinc
nihil se duxit indignum, simplicissima
contentus veste, paupertatē, quam pro
fessus erat, in purpura æque cardinali
tia, quam dum simplicem ageret Cæ
nobitam sedulo consecutus in lectulo
non minus, quam mensa, omnē splen
dorem fugiens, in ipsis quoque verbis,
& moribus humillimorum exempla
imitatus. Memorabile sanè illud cum
manicas vestis attritas refici fragmentis
scapularis curaret tantus Princeps, &
sic consutus apparere in conspectu
sua Aula majorum, dignum Monacho,
et si Principe & quidem eminentissimo,
conseret, qui Christi juxta humilitatē
sectaretur. Fuit mira prædictus animi
lenitate, solertissimus Religiosa disciplinæ
observator, & cū Abbas electus
esset, promotor, lectionis sacræ studio
fissimus, vir verè Contemplativus, con
templationis studio addictissimus, nul
lius tantopere satagens negotij quam
quomodo Spiritus cui S. Pater BEN
EDICTUS servivit, in creditis sibi Mona
sterijs, sed & in toto Ordine excitaretur,
suo exemplo omnibus prælucens, ut
nihil revera in ipso Abbatialis & verè
Paterni munera posset desiderari. Ta
lis omnino qui omnium Monasteriorū

Antistitibus animū addere & calcar
posset, ad omnes excusationes discipli
nae acuratus promovenda & huc usq;
minus promotæ jugulandas, cūm ipse
tantus Princeps se ipso aggredetur &
exerceret, quæcumque ab alijs exigebat;
ut plane nulla valeret excusatio, cūm
talis ac tantus in se fusciperet, qua
minoris notæ triarij fibi obseruatū diffi
cilia quererentur & sèpius reculare
non erubescerent.

*ANNIS CHRISTI. M. DC. LXXIII.
S. P. N. Benedicti. M. CXCIII.*

Ven. Avt.
lia Franchi,
I Terum Redivivi vigoris, fervoris,
& splendoris filiā Redivivus in suis
filii & filiabus Magnus Pater & Patri
archa BENEDICTUS, Virginum sponso
in celis adjungit, decimo sexto No
vembri ex mortalitate hâc ad felicissi
mam immortalitatē translatam Venera
bilem Aureliam Franchi Monialē Or
dinis sui in Monasterio Brixieni San
ctorum Cosmæ & Damiani, admirabi
li sanctioris vita opinione celebratissi
mam, quam & mirabilis Deus in San
ctis suis haud mediocribus singularis
sui affectus argumentis & signis, obscu
rissimæ huic ætati nostræ comendare
visus est ad æternā omnipotentia sue
gloriæ celebrandā, quam etiā in diver
sis, Hispaniarū, Galliarum, Italiæ, &
Germaniæ Ordinis Congregationibus
singulari Regularis observantiae pro
motione promovere non desinet, pau
lo post totum Ordinē restituturus pri
mæ flori, & fervori videatur. Cer
tè, revocatus ad amissim sanctissimam
Regulæ Fuliensium rigor facilitatem,
Regulæ ex integro observandæ pru
dentiam omnium, & secundum Spir
itum sapientium, corda haud leviter
movet, ut nemo non, qui gratia Dei
in ipsis adeo potenter operantis mag
nalia intueretur., intrinsecus move
atur, & spem concipiāt maximā Ordini
nis paulo post ad primæ vum vigorem,
viorem, florem & fructus revocandi.
Cujus tantæ sua & mirifice operatio
nis promissionē haud obscurā implimet
BENEDICTO Patri primarijsque And
quotū Ordinum Fundatoribus Divina
Bonitas, teste Venerabili Anna de Bois
Abbatissâ Brigitina, fecit, ut nemini
dubium esse deberet, etiā juratos san
cta Reformationis hostes, aut mirabi
liter ad meliorē sensum vertendis, aut
rigi-

Promissio
Divina